

VII. IDEM Joanni Episcopo Sorano. [c. an. 494. Româ in Campaniam.]

Publica processiones non sunt in Oratoriis, quæ præter auctoritatem Sedis Apostolicæ consecrantur.

7 Ansel. l. 5. c. 4. Ertum est quidem, & nostris præceptionibus constitutum, ne quis in Ecclesia, aut in Oratorio, quod Sedis publicam non legitur permissione dedicatum, processione publicam putaret impendi: ne conditores furvis subreptionibus contra Regularum statuta profirent. Sed quia Megetia in spectabilis femina petitoris nobis oblatione suggestit, in possessionibus propriis suorum corporula condidisse: fratres charissime, humanitatis intuitu, quod priora statuta non maculentur funeribus, & sepulchris tantum, in comprehensis petitorio locis ministeria noviter pro solemnitate præstanda: ut defunctorum nomine solummodo Divina celebrentur officia, publica frequentatione, & processione cessante.

VIII. Item NICOLAUS Papa Electo, & Clero Nonensis Ecclesiæ. [fortè c. an. 865. Roma.]

Sine nutu Sedis Apostolicæ Ecclesia non debet institui.

8 Ansel. l. 5. c. 42. Ecclesia, id est, Catholicorum collectio, quomodo sine Apostolicæ Sedis instituetur nutu; quando juxta sacra Decreta, nec ipsa debet abque præceptione Papæ Basilica noviter constitui, quæ ipsam Catholicorum intra semet amplecti ceteram dignoscitur?

IX. Item EX CONCILIO AURELIANENSI. c. 1. [imò ex Nov. 67. c. 1. & 61. c. 1. apud Jul. Ant. an. 538. Constantinopoli.]

Sine dignitate Episcopi loci, nova non deditur Ecclesia.

4. Pars. Novella Justin. 67. c. 1. & 131. c. 7. apud Julian. & in Authent. constit. 17. c. 5. Ordo Romanus p. 107. d. Polye. l. 3. Burch. l. 3. c. 6. Ivo, p. 3. c. 8. Pann. l. 2. c. 6. al. demùm. Eno d. Ecclesiam edificet, antequam Episcopus civitatis veniat, & ibidem crucem figat, publicè atrium delignet, & ante præfinit, qui edificare vult, quæ ad luminaria, & ad custodiam, & ad stipendia custodum sufficiant: & ostensa donatione, sic domum edificet; & postquam consecrata fuerit, atrium ejusdem Ecclesiæ sancta aqua conspergat.

X. Item EX CONCILIO BRACARENSE II. c. 6. [an. 572. in Hispania.]

Non consecratur Ecclesia, quæ pro questu cupiditatis edificatur.

5. Pars. Polye. l. 3. Ansel. l. 6. c. 134. Ivo, p. 3. c. 61. Ivo, p. 2. c. 76. Dent. 12. I quis Basilicam non pro devotione fidei, sed pro questu cupiditatis edificat, ut quidquid ibidem de oblatione populi colligitur, medium cum Clericis dividat, eò quòd Basilicam in terra sua questus causa condiderit (quod in aliquibus locis utque modò dicitur fieri:) hoc de cetero observari debet, ut nullus Episcopus non tam abominabili voto consentiat; nec Basilicam, quæ non pro Sanctorum patrocinio, sed magis sub tributaria conditione est condita, audeat consecrare.

XI. Item FELIX Episcopus omnibus Orthodoxis, Epist. 1. [an. 530. Romæ.]

Sacrificia non nisi super altare, & locis Deo consecratis offerantur.

6. Pars. Polye. l. 3. Ansel. l. 6. c. 134. Ivo, p. 3. c. 61. Ivo, p. 2. c. 76. Dent. 12. Sicut non alii f, quam sacri Domino Sacerdotes debent Missas cantare, nec sacrificia super altare offerre; sic nec in aliis, quam Domino sacris locis, id est, in tabernaculis a Divinis precibus à Pontificibus delibutis Missas cantare, aut sacrificia offerre licet, nisi summa coegerit necessitas. §. 1. Satis è ergo est Missam non cantare, aut non audire, quam in illis locis, ubi fieri non oportet: nisi pro summa contingat necessitate: quoniam necessitas legem non habet. Unde scriptum est: Vide, ne offeras holocausta tua in omni loco, quem videris; sed in omni loco, quem elegerit Dominus Deus tuus. §. 2. In domibus tamen ab Episcopis, sive Presbyteris oblationes celebrari nullatenus licet.

XII. Item EX CONCILIO TRIBURIENSI. [imò Moguntino, c. 9. an. 888. in Germania.]

Non nisi in locis sacris Missarum solemnitas celebratur.

7. Pars. Polye. l. 3. Ansel. l. 6. c. 134. Ivo, p. 3. c. 61. Ivo, p. 2. c. 76. Dent. 12. Missarum solemnitas non ubique, sed in locis ab Episcopo consecratis, vel ubi ipse permisit, celebranda esse censetur.

XIII. Item EX CONCILIO MELDENSI, c. 8. [imò ex Capit. l. 1. c. 145. an. 827. in Germania.]

Consecratur Ecclesia, de quarum consecratione dubitatur.

8. Pars. Polye. l. 3. Ansel. l. 6. c. 134. Ivo, p. 3. c. 61. Ivo, p. 2. c. 76. Dent. 12. Ecclesia, vel altaria, quæ ambigua sunt de consecratione consecrantur, & superflua altaria destruantur.

XIII. Item CLEMENS Epist. 2. ad Jacobum. [fortè c. an. 68. Româ Hierosolymam.]

Precibus Divinis consecratur Ecclesia.

9. Pars. Polye. l. 3. Ansel. l. 6. c. 134. Ivo, p. 3. c. 61. Ivo, p. 2. c. 76. Dent. 12. Ecclesiæ per congrua, & utilia facite loca, quæ Divinis precibus lacrare oportet, & in singulis a Sacerdotibus Divinis orationibus Deo dedicatos poni, quos ab omnibus venerari oportet, & non à quocumque graviari.

XIV. IDEM CLEMENS Epist. 3. [c. an. 68. ad omnes Episcopos, &c.]

Sacrificare, & Missas celebrare non licet, nisi in locis Deo sacris.

10. Pars. Polye. l. 3. Ansel. l. 6. c. 134. Ivo, p. 3. c. 61. Ivo, p. 2. c. 76. Dent. 12. Hic ergo, id est, in presenti vita postus oportet nos agnoscere voluntatem Dei, ubi agendi, & sacrificandi est locus: quoniam in aliis locis sacrificare, & Missas celebrare non licet, nisi in his, in quibus Episcopus proprius jussit, aut ab Episcopo regulariter ordinato, tenente videlicet civitatem, consecrata fuerint. Aliter enim non sunt hæc agenda, nec ritè celebranda.

XV. Item SILVESTER Papa in generali reidens Synodo dixit. [an. 324. Romæ.]

Abjiciantur Sacerdotes, qui in locis non sacris Missas celebrare presument.

11. Pars. Polye. l. 3. Ansel. l. 6. c. 134. Ivo, p. 3. c. 61. Ivo, p. 2. c. 76. Dent. 12. Nullus Presbyter Missas celebrare presumat, nisi in sacris ab Episcopo locis, qui sui particeps de cetero voluerit esse Sacerdotii.

XVI. Item FELIX Papa omnibus Orthodoxis, Epist. 1. c. 1. & 2. [an. 530. Romæ.]

Singulis annis Dedicacionum solemnitates celebrantur, & consecratur etiam Ecclesia, de cuius consecratione dubitatur.

12. Pars. Polye. l. 3. Ansel. l. 6. c. 134. Ivo, p. 3. c. 61. Ivo, p. 2. c. 76. Dent. 12. Solemnitates Dedicacionum Ecclesiarum, Episcoporum, & Sacerdotum per singulos annos solemniter sunt celebranda. §. 1. De Ecclesiarum consecratione quoties dubitatur, & nec certa scriptura, nec certi testes existunt, à quibus consecratio sciatur; absque ulla dubitatione scitote eas esse consecrandas: nec talis trepidatio facit iterationem, quoniam non monstratur esse iteratum, quod nescitur factum.

XVII. Item GREGORIUS Papa. [imò idem Felix Papa, ead. Epist. an. 530. ibid.]

De eodem, & quòd octo diebus Dedicacionum solemnitas est celebranda.

13. Pars. Polye. l. 3. Ansel. l. 6. c. 134. Ivo, p. 3. c. 61. Ivo, p. 2. c. 76. Dent. 12. Solemnitates Dedicacionum Ecclesiarum, & Sacerdotum per singulos annos solemniter sunt celebranda: ipso Domino exemplum dante, qui ad festum Dedicacionis templi, omnibus id faciendi dans formam, cum reliquis populis eandem festivitatem celebratur venit: sicut scriptum est: Facta sunt Encenia in Hierosolymis, & Encenia erat, & ambulabat Jesus in templo in porticu Salomonis. Quòd autem octo diebus Encenia sint celebranda, in libro Regum, perlecta Dedicacione templi reperietis.

XVIII. Item EX CONCILIO MELDENSI, c. 8. [imò ex Capit. l. 1. c. 145. an. 827. in Germania.]

Consecratur Ecclesia, de quarum consecratione dubitatur.

14. Pars. Polye. l. 3. Ansel. l. 6. c. 134. Ivo, p. 3. c. 61. Ivo, p. 2. c. 76. Dent. 12. Ecclesia, vel altaria, quæ ambigua sunt de consecratione consecrantur, & superflua altaria destruantur.

XIX. Item HYGINUS Papa. [c. an. 154. Romæ.]

Quando Ecclesia est iterum consecranda, & salibus tantum exorcizanda.

15. Pars. Polye. l. 3. Ansel. l. 6. c. 134. Ivo, p. 3. c. 61. Ivo, p. 2. c. 76. Dent. 12. Si motum fuerit altare, demò consecratur Ecclesia: si parietes mutantur, & non altare; salibus tantum exorcizetur. §. 1. Si homicidio, vel adulterio Ecclesia violata fuerit; diligentissime expurgetur, & demò consecratur.

XX. Item EX NICENO CONCILIO. [fortè an. 325. in Bithynia.]

Ecclesia semel Deo consecrata, quando est iterum consecranda.

16. Pars. Polye. l. 3. Ansel. l. 6. c. 134. Ivo, p. 3. c. 61. Ivo, p. 2. c. 76. Dent. 12. Ecclesiis semel Deo consecratis, non debet iterum consecratio adhiberi, nisi aut ab igne exuita, aut sanguinis effusione, aut jusculumque semine polluta fuerint: quia sicut infans à quicumque Sacerdote in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti semel baptizatus, non debet iterum baptizari; ita nec locus Deo dicatus, iterum consecrandus est, nisi propter eas causas, quas superius nominavimus: si tamen fides sanctæ Trinitatis tenuerit, qui cum consecraverunt.

XXI. Item JOANNES Papa Episcopis Italie. [an. 526. Ravennâ in Italian.]

De eodem.

17. Pars. Polye. l. 3. Ansel. l. 6. c. 134. Ivo, p. 3. c. 61. Ivo, p. 2. c. 76. Dent. 12. Ecclesiæ Ariarum, ubicumque inveniatis, Catholicas eas Divinis precibus, & operibus absque ulla mora consecrate: quia & nos, quando Titimus Constantinopoli tam pro Religione a Catholicis, quam pro Theodorici Regis causa negotii, fuadente atque hortante, Arianos extirpante pilissimo atque Christianissimo Justino orthodoxo Imperatore, quatumque illis in partibus eorum Ecclesiæ reperire potuimus, Catholicas eas, Domino opem ferente, consecravimus.

XXII. Item IN DIALOGO Gregorii, lib. 3. c. 30. [an. 593. Romæ.]

De eodem.

18. Pars. Polye. l. 3. Ansel. l. 6. c. 134. Ivo, p. 3. c. 61. Ivo, p. 2. c. 76. Dent. 12. Ariarum Ecclesia in regione urbis illa, quæ Subura dicitur, cum clausa usque ante biennium permanisset, placuit, ut in fide Catholica (introducitur illic Beati Sebastiani, & Sanctæ Agathæ Virginis & Martyris Reliquiis) dedicati debuisset: quod & factum est.

XXIII. Item a. [fortè c. an. 600. ibid.]

Capitulum Papa v. Catholicum, Evangelii tuba, præco iustitia, sacra altaris fidei velamina sacrilegis Antihim infecta fabulis, suis Catholicis precibus delevit.

19. Pars. Polye. l. 3. Ansel. l. 6. c. 134. Ivo, p. 3. c. 61. Ivo, p. 2. c. 76. Dent. 12. Capitulum Papa: quæ voces ternerè ex Capite ipso irreperant in titulum, & absunt ab aliquot manuscriptis. Extat autem Caput hoc in antiquo codice Regesti Gregorii I. in extremo, in scripto quodam, de moribus, vita & morte Agapiti primi Papæ, in Bibliotheca Vaticana.

XXIV. Item VIGILIUS Papa ad Eutharium, Epist. 1. c. 4. [an. 538. Romæ.]

De eodem.

20. Pars. Polye. l. 3. Ansel. l. 6. c. 134. Ivo, p. 3. c. 61. Ivo, p. 2. c. 76. Dent. 12. DE fabrica verò juslibet Ecclesiæ, si diruta fuerit, instauranda, & si in eo loco consecrationis solemnitas debebat iterari, in quo sanctuaria non fuerint; nihil judicamus officere, si per eam minime aqua exorcizata jactetur: quia consecrationem juslibet Ecclesiæ, in qua Spiritus Sancti arrha non ponitur; celebratam scimus tantum esse Missarum: & ideò, si qua Sanctuaria Basilica à fundamentis etiam fuerit innovata sine altaris motione, sine aliqua dubitatione, cum in ea fuerit Missarum solemnitas celebrata, totius consecrationis sanctificatio implebitur. Si verò sanctuaria, quæ habebat, ablata sunt; rursum eorum repositio, & Missarum solemnitate reverentiam sanctificationis accipiet.

XXV. Item EX DECRETIS Hormisdæ Papæ, c. 10. [c. an. 518. Romæ.]

Abique Episcopi permisso in Ecclesia consecrata non erigatur altare.

21. Pars. Polye. l. 3. Ansel. l. 6. c. 134. Ivo, p. 3. c. 61. Ivo, p. 2. c. 76. Dent. 12. Nullus Presbyter in Ecclesia consecrata aliud altare erigat, nisi quod ab Episcopo loci sanctificatum est, vel permittum: ut sit discretio inter sacrum, & non sacrum: nec dedicationem fingat, nisi sit. Quod si fecerit, si Clericis eum; degradatur: si verò Laicus; anathematizetur.

22. Pars. Polye. l. 3. Ansel. l. 6. c. 134. Ivo, p. 3. c. 61. Ivo, p. 2. c. 76. Dent. 12. CORR. ROM. a Sanctificationem. Ivo habet, ab Episcopo loci, vel ejus Missa sanctificatum est: ut sit discretio, &c. Polycarpus, & Burchardus, ab Episcopo loci, vel ejus permisso sanctificatum est, ut sit, &c.

XXVI. Item EX CONCILIO AFRICANO, c. 50. [an. 424. in Africa.]

Evertantur altaria, quæ sine Sanctorum Reliquiis eriguntur.

23. Pars. Polye. l. 3. Ansel. l. 6. c. 134. Ivo, p. 3. c. 61. Ivo, p. 2. c. 76. Dent. 12. Placuit, ut altaria, quæ passim per agros, & per villas, tamquam memorie Martyrum construantur, in quibus nullum corpus, aut Reliquie Martyrum condite probantur, ab Episcopis, qui locis eisdem præfunt, si fieri potest, evertantur. Si autem hoc propter tumultus populares non finitur; plebes tamen admoneantur, ne illa loca frequentent; ut, qui rectè sapiunt, nulla ibi superstitione devicti teneantur. Et omnino nulla memoria Martyrum probabiliter acceptetur, nisi ubi Corpus, aut Reliquie certè sunt, aut origo alicujus habitacionis, vel possessionis, vel passionis fidelissima origine traditur. Nam quæ per somnia, & per inanes quasi revelationes quorumlibet hominum ubicumque constituntur altaria, omnino reprobantur.

XXVII. Item EX CONCILIO AURELIANENSI, c. 3. [imò ex Theodoro, c. an. 680. in Anglia.]

Non est consecranda Ecclesia, in qua Paganus sepultus invenitur.

24. Pars. Polye. l. 3. Ansel. l. 6. c. 134. Ivo, p. 3. c. 61. Ivo, p. 2. c. 76. Dent. 12. Ecclesiam, in qua Paganus sepultus est, non liceat consecrare, neque Missas in ea celebrare; sed jactari foras, & mundari oportet.

XXVIII. EX CONCILIO AGRIPPINENSI, c. 2. [imò ex Theodoro, c. an. 680. ibid.]

De Ecclesia, in qua cadavera fidelium, vel infidelium sepeliuntur.

25. Pars. Polye. l. 3. Ansel. l. 6. c. 134. Ivo, p. 3. c. 61. Ivo, p. 2. c. 76. Dent. 12. Ecclesiam, in qua mortuorum cadavera Infidelium sepeliuntur, sanctificare non licet: sed si apta videtur ad consecrandum, inde evulsis corporibus, & rasis parietibus, vel tignis ejus loci, readificetur: sed si hæc consecrata aut fuerit, Missas in ea celebrare licet: si tamen fideles fuerint, qui in ea sepulti sunt.

XXIX. Item EX CONCILIO MARTINI PAPÆ BRACARENSE, c. 68. & 69. Synod. Græcarum. [c. an. 572. in Hispania.]

Super monumenta in campo non distribuuntur mysteria.

26. Pars. Polye. l. 3. Ansel. l. 6. c. 134. Ivo, p. 3. c. 61. Ivo, p. 2. c. 76. Dent. 12. Non oportet Clericos ignaros, & præsumptos super monumenta in campum ministeria portare, aut distribuere Sacramenta, sed aut in Ecclesia, aut in Basilica, ubi Martyrum Reliquie sunt depositæ, ibi pro Defunctis oblationes offerri.

XXX. Item EX CONCILIO TRIBURIENSI, c. 9. [imò Moguntino, c. 9. an. 888. in Germania.]

Quomodo in Ecclesia combusta, Missa possit celebrari.

27. Pars. Polye. l. 3. Ansel. l. 6. c. 134. Ivo, p. 3. c. 61. Ivo, p. 2. c. 76. Dent. 12. Oncedimus etiam, ut sicubi (quod peccatis nostris exigentibus per plurimum est factum) a Normanis, & Sclavis, ab Ungaris, & à malis Christianis, seu alicujusmodi modo Ecclesiæ fuerint incensæ, & combustæ; in Capellis sancta tabula consecrata Missas interim celebrari permittimus, donec Ecclesiæ ipsæ restaurari queant. In itinere verò positis, si Ecclesiæ defuerit; sub dio, seu in tentoriis, si tabula altaris consecrata, ceteraque sacra ministeria ad id officium pertinentia ibi affuerint, Missarum solemnia celebrari concedimus: alter omnino interdicitur.

XXXI. Item EX CONCILIO EPAUNENSI, c. 26. & 27. [an. 517. in Gallia.]

Christifate non ungantur altaria, nisi fuerint lapidea.

28. Pars. Polye. l. 3. Ansel. l. 6. c. 134. Ivo, p. 3. c. 61. Ivo, p. 2. c. 76. Dent. 12. Altaria, si non fuerint lapidea, christifate unctio non consecrantur. Ad celebranda autem Divina officia ordinem, quem Metropolitanis tenent, Comprovinciales observare debebunt.

XXXII. Item EX CONCILIO AGATHENSI, c. 14. [an. 506. in Gallia.]

Christifate unctio, & Sacerdotali benedictione sacrum altaria.

29. Pars. Polye. l. 3. Ansel. l. 6. c. 134. Ivo, p. 3. c. 61. Ivo, p. 2. c. 76. Dent. 12. Altaria placuit non solum unctio christifate, sed etiam Sacerdotali benedictione sacri.